



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Der Eggestenstein im Fürstenthum Lippe

Clostermeier, Christian Gottl.

Lemgo [u.a.], 1848

III. Urkunde vom J. 1366.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10018797-1

Bernhardo, Gerlago, alio Everhardo, Helia, Reinbodone, Seberto, Wigboldo *).

III. Anweisung des Bischofs Heinrich von Paderborn an den Pfarrer in Horn, öffentlich zu verkünden, daß auf Präsentation des Abtes von Kloster Abdinghof der Leutfried Everbern zum Benefiziaten der Capelle zum Egsterstein ernannt worden, und daß Einwendungen gegen dessen Person beim Bischofe anzuzeigen seyen.

(Urkunde vom J. 1366, nach dem Original mitgetheilt vom Domcapitular Meyer in Paderborn **).

Henricus dei gratia episcopus paderbornensis rectori ecclesie parrochialis in Horne salutem. Ad capellam reclusorii *Egesterensteyn* per mortem domini Wyberti rectoris ejus novissimi nunc vacantem discretus vir Liutfridus Everberen dyaconus nostre civitatis per religiosum virum dominum Conradum Abbatem monasterii Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Paderbornens. ordinis Sancti Benedicti, ipsius patronum nobis existit presentatus, qui humiliter se a nobis de eadem capella petivit investiri, secumque procedi, ut est moris, unde dictum apostoli dicentis: nemini cito manus imponas, sedula mente pensantes et in hoc casu maturius procedere cupientes, vobis in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus, quatenus, quo propter hoc accedendum fuerit, accedentes publice generali proclamationis edicto citetis precise et peremptorie omnes et singulos sua interesse credentes et se eidem presentato opponere volentes, ut Sabato proximo in ecclesia nostra coram nobis, si presentes erimus, alias

*) Aeltere Anmerkung: Annus huic scripto non est additus. Bernhardus hic abbas putatur fuisse e familia Wevelinghoven, sub eo contigit postremum miraculum de quo auctor rhythmicus ap. P. R. Bollandum in vita S. Liudgeri 2 martii (circa 1140). — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 48. Note 4. —

***) Das Schreiben Meyers an Paul Wigand ist 26 Jan. 1825 unterzeichnet. Wigand's westphäl. Archiv. I, 1. p. 105 fg. — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 49.

coram . . . officiali nostre curie paderbornensis per se aliam vel alios ydoneos responsales *) compareant, ad informandum nos de suo jure et interesse, nec non ad opponendum se et contradicendum, si decreverint, presentato suprascripto et ad procedendum ulterius, ut est juris, cum intimatione, quod sive venerint, sive non, nec ulterius faciemus, quod exoptulat ordo juris, presertim cum presens casus accelerationem desideret, citatorum contumacia vel absentia non obstante quid vero in premissis feceritis et diem executionis nobis vestris literis his infixis fideliter rescribatis. Datum sub nostro minori sigillo, anno domini M.CCC.LX sexto in die Sancti Oswaldi regis (5 August.).

An der Urkunde hängt folgender Transfirbrief:

Reverendo in Christo patri ac domino domino Hinrico Ecclesie paderbornensis Episcopo Martinus plebanus in Horne reverentiam et obedientiam in mandatis. Noveritis me vestrum mandatum, cui hec presens scedula est transfixa, coram multitudine populi ad hoc per campanam vocata, fore diligenter in omnibus, prout decet, executum. Datum ipso die Sixti et Sociorum ejus, hora celebrationis matutinarum nostrarum vel quasi anno domini quo supra. Sub sigillo meo presentibus in testimonium premissorum appenso. —

NB. Die Siegel waren abgeriffen.

IV. Anweisung des Bischofs Heinrich von Paderborn an den Pfarrer zu Horn, den Leutfried Everbern als Benefiziaten der Kapelle zum Eggerstein einzusetzen.

(Urkunde vom 3. 1366 **).

Henricus dei gracia episcopus Paderbornensis Martino plebano parochialis ecclesie in Horne Salutem in domino. Nuper ad instanciam Liutfridi Everbern dyaconi paderbor-

*) Responsalis ist gleichbedeutend mit Procurator, Bevollmächtigter. Vgl. *Du Cange: glossar. s. v. Responsalis.*

***) *Bigand's westphäl. Archiv.* I, 1, p. 106 fgg. — *Wasmann: Der Eggerstein in Westfalen.* p. 49 fg.